

Mandatum Apostolicum citandi Episcopum Sambiensem de occupatione partis episcopatus Curaviensis in Pomerania.

32

Frater Hugo miseratione Divina tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis apostolice sedis legatus. Dilecto in Christo fratri Gerardo de Vrorreni, ordinis Fratrum predicatorum salutem in Domino. Conquestus est nobis venerabilis pater episcopus Curaviensis, quod venerabilis pater frater Richardus episcopus Sambienensis, quandam partem episcopatus sui contra iustitiam occupavit, quam adhuc in ipsius non modicum pro iudicium detinet occupatam. Ideoque discretioni vestre, quam fungimur auctoritate mandamus, quatenus cum episcopo Sambiensem attente moveas et inducas, ut prefato episcopo Curaviensi partem eandem restituere non postponat, alioquin ipsum cites peremptorie, ut infra huiusmodi menses post citationem tuam compareat ubicumque in terminis nostre legationis fuerimus, coram nobis facturum et recepturum super premissis, quod iustitia suadebit. Diem vero et formam citationis ipsius nobis per literas tuas

patentes continentes. tenorem presentium
intimare prouerit. Datano Aquicina
tertio nonas Ianii, pontificatus Domini In-
nocentii Pape IV. anno Domini.